Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-72173-p0001-4

VIII, 90.

2.830.




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-72173-p0002-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-72173-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-72173-p0004-0

# Contenta.

1. Mart. Gottl. Pauli progr. de ſtatutis Zittavi-
enſibus et ad ea illuſtranda ſcriptis diſ-
ſertationibus Witt. 1765.

2. God. Nic. Schlœnstein et Dan. Pauli Diſſ.
Conſenſus ſucceſſionis ab inteſtato Rei-
publicæ Zittavienſium cum Jure civili
et Saxonico Witt. 1678.

3. D. Andr. Mylii et Jo. Henr. a Lankisch
diſſ. de Morgengabia Zittavienſi occaſione
Statuti Lipſ. 1684.

4. Henr. Bodini et Jo. Chr. Johne diſſ. qua
differentia Juris ſtatutarii Zittavienſis a
Jure civili evolvitur Halæ 1707.

5. Ernest. Tenzell et Ern. Gotth. Hertzog
diſſ. de eo quod iuſtum est circa Jus
hereditarium Zittavienſe Erford. 1723.

6. Jo. Henr. Meieri et Jo. Chph Kibelii
diſſ. de Auffgaba Zittavienſi. Erford.
1726.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-72173-p0005-5

7. Jo. Georg. Knoblauch diſſ. de Zittavienſi comunione bonorum inter conjuges eiusqz præcipuis effectibus in foro Lipſ. 1731.

8. Hieron. Frid. Schorchii et Jo. Ern. Hertzog diſſ. de marito ſecundum ſtatuta Zittavienſia herede vxoris defunctæ immobiliari non exiſtente Erford. 1739.

9. Chriſt. Hanaccii et Jo. Godofr. Kretzſchmanni diſſ. de pacto coniugum improlium ſucceſſorio ſecundum ſtatutum Zittavienſe vulgo Aufgabe Viteb. 1754.

10. Andr. Hor. Rivini et Chr. Gottlob Bergmanni ſpecimen iuridicum de ſucceſſione conjugis vna cum liberis ex ſtatuto Zittavienſi. Witt. 1761.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-72173-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-72173-p0008-2

# CONSENSUS SUCCESSIONIS AB INTESTATO INCLYTÆ REIPUBLICÆ ZITTAVIENSIUM CUM JURE CIVILI ET SAXONICO,

QVEM
Conſenſu Magnifici JCtorum Ordinis
in Alma Leucorea,
*DISSERTATIONE JURIDICA*
PRÆSIDE
DN. GODOFREDO NICOLAO
Schleenſtein / J. U. D.
Patrono & ſtudiorum ſuorum Promotore
æternùm devenerando,
*In Auditorio JCtorum*
*d. Maji Anno M. DC. LXXVIII. à N. C.*
placido Eruditorum examini
ſiſtit
DANIEL PAULI,
Zittaviâ-Luſatus.

Typis JOH: BORCKARDI, Acad. Typogr. excudebat SIMON Lieberhirt.

30.2 1
71

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-72173-p0009-1

# PROOEMIUM.

SOcietatem humanam ſine Lege ſtare poſſe, licet contendant nonnulli; prævaluit tamen contraſentientium communis ſententia qvotidianâ experientiâ ſtabilita. Obſervârunt id Compilatores Statutorum Inclytæ Reipublicæ Patriæ Zittavienſium. Præmiſſo enim in fronte hoc fundamento, Leges ſc. eſſe neceſſarias, Authoritate ſupremi Principis, conſenſuq; totius civitatis, Leges tulerunt Patriæ, docentes, Legem ferre eſſe Majeſtatis, eorumq; qvibus hanc facultatem illa conceſſit. Sunt autem Jura Statutaria Leges, ſi vim atqve poteſtatem, non poteſtatis amplitudinem ſpectes; dico vim & poteſtatem, qvia eodem planè modo ſtringunt, ſicut Leges, cùm ex eodem proficiſcantur fundamento & fonte, ſcil. Majeſtate, ſine cujus approbatione utiqve irrita & nulla ſunt. Amplitudo verò Legis in ijsdem deficit, qvia non ad univerſum populum totius Reipubl. ſed certum corpus urbis, vel collegij feruntur, & ſic Legibus ſoleant contradiſtingvi, vel pro legibus particularibus haberi, cùm Lex aliàs ſit juſſum univerſale, i.e. ad totam pertinens Rempubl. cui poteſtas ſumma Legem ferendi ineſt. Reddituro igitur mihi Patriæ & Parentibus ſtudiorum rationem, in mentem venit aſſumere partem qvandam Statutorum noſtrorum von Erbfällen / ejusq; convenientiam cum Jure Civili & Saxonico oſtendere, & ubi fortè diſcrepant, notare Jurium noſtrorum differentiam. Supremus Legislator DEUS cœptis progreſſus dabit, ut omnia cedant feliciter.

## THESIS I.

ANteqvam verò me ad ipſam rem conferam, operæ pretium eſt, monere, Jus Succeſſionis deſcendere ex ipſo præcepto naturali, qvod utilitas ſocialis omnibus Gentibus fecit acceptum;

ceptum; determinationem verò modi ſuccedendi, dependere ex arbitrio cujusqve Reipubl. qvam ſecundum utilitatem facit, & ſæpè minoribus urbibus, ſub ſe comprehenſis, hanc elargitur facultatem, ut ſucceſſionis rationem, prout iisdem expedit, diſponant. Hinc evenit, ut ſecundum locorum diverſa Jura Statutaria ſuccedatur diverſimodè, qvam in rem, cùm de cujusdam hæreditate qværitur, ante omnia inſpiciendum, qvid Jura Statutaria ſibi velint, qvibus demùm deficientibus, ad Jus commune totius Reipubl. recurrendum. Illud qvoqve inſuper habendum non eſt, aliam ſucceſſionem eſſe ex Teſtamento, aliam ab inteſtato, qvæ tantùm hujus loci, & ſub rubro von Erbfällen comprehenditur, qvia ſeqvens titulus vel Articulus Statutorum noſtrorum agit de Succeſſione teſtamentaria.

Th. II. Qvùm verò, juxta vulgatum, qvi benè diſtingvit, benè doceat, hunc articulum, qvi in Statutis noſtris primus eſt, faciamus tripartitum, ſeu in tres partes dividamus. Prima contineat Succeſſionem conjugum, ab initio usqve ad verſ. Welch Kind darnach &c. Secunda, à dicto verſ. Succeſſionem deſcendentium & aſcendentium, usqve ad verſ. Wo aber die Kinder und Kindskinder &c. Tertia, Succeſſionem collateralium, usqve ad finem. Ut autem res magis eluceſcat, textum in ſeqventibus adjiciamus.

## *Articulus I.* von Erbfällen.

### Pars ejus Prima de Succeſſione Conjugum.

§. 1. Nimbt ein Mann oder Junggeſelle eine Frau oder Jungfrau zur Ehe/ und hat mit ihr nicht Kinder/ noch Erben/ gehet er ehe abe Todes halben/ denn die Frau/ ſo ſoll ihr von ſeinen Gütern folgen ihre Morgengabe/ nach alt Herkommen/ Gebrauch und Gewohnheit der Stadt/ und alle das Gut/ das ſie mit Bewuſt zu ihm gebracht hat.

Th. III. Circa hanc partem primam monendum, eam conſiderare

ſiderare conjugum ſucceſſionem dupliciter, vel ſine liberis, vel cum liberis concurrentibus. De priori caſu *hic* §. *1.* facit initium, & ne miretur honorandus Lector, cur Statutorum Compilatores à ſucceſſione conjugum exordium fecerint, hæc videtur dari poſſe ratio, qvòd Conjugium ſit ſeminarium Reipubl. unde naſcantur cives, & extra qvod nati ad ſucceſſionem patris non videbantur admittendi, *v.* §. *pen. I. de nupt.* exceptô Jure Noviſſimô caſu *N 89. c. 12.* qvo duæ ex Concubina natis dabantur unicæ, adulterinis verò & inceſtuoſis planè excluſis, *d. N. c. ult.* Vel poterit hanc in rem allegari uſus communis Germaniæ, ſecundum qvem conjux ſuperſtes conjugi defuncto cum liberis ſimul ſuccedit, teſtante id qvotidianâ experientiâ, ideóq; de caſu freqventiori in prima parte dicere voluerunt, licet me non fugiat, ſucceſſionem conjugum J. C. eſſe ultimam. Arg. *§. 1. I. de B. poſſ. & l. 1. C. unde vir & uxor.*

TH. IV. Cæterùm non exponam hîc occaſione vocum, Mann / Junggeſelle / Wittib / Jungfer / qvæ de perſonis matrimonium ineuntibus afferri poſſent, ſed ſtudio brevitatis me ad *§. 1. I. de pat. pot.* & Commentatores remittens, convertam ad rem, de qva hîc agendum, formando caſum hujus §. ita: *Titius celebs, vel viduus, ductâ uxore Semproniâ, moritur ſine liberis.* Qv. qvâ ratione Titio ſuccedat ſuperſtes uxor Sempronia? Si reſpondendum ſecundum Leges XII. Tabb. Sempronia non eſt admittenda, qvia hæc vocabat tantùm ſuos hæredes & poſt hos agnatos, *Dn. Struv. Ex. 38. th. 12.* Jure Prætorio poſteà admiſſa eſt, B. poſſeſſio unde vir & uxor deficientibus ſuis, agnatis & cognatis, *d. l. un. Pand. & C. unde vir & uxor.* Juſtinianus verò *N. 53. & 117. c. 5.* conjugem paupertate laborantem, cuiq; nulla erat dos vel donatio propter nuptias, certo modo admiſit, liberis aliisve ſucceſſoribus exiſtentibus, *v. Authent. præterea. C. unde vir & uxor.* qvam etiam Jus commune hodiè ſervat, præjudiciis id confirmante *Dn. Struv. d. Exerc. th. 40. in fin.* Jur. Sax. Com. qvarta pars uxori in bonis mariti, liberis 4. exiſtentibus, ſin plures ſint, virilis cedit. Jure Electorali, liberis non concurrentibus, tertia, *p. 3. Conſt. in fin.*

TH. V. Ut itaqve conſtet, qvid ex hisce Juribus receptum Statutis noſtris, explicandus & inqvirendus ante omnia ſenſus verborum, Morgengabe & das Gut / ſo ſie mit Bewuſt zu ihm ge-

bracht. Qvod attinet vocem Morgengabe / denotat aliâs donationem qvandam, qvam ſponſus nobilis altero nuptiarum die ſponſæ facit, à donatione propter nuptias & ſponſalitia largitate differentem. *Dn. Struv. Exert. 30. th. 22. in fin.* Qvandoqve pro ipſa ſponſalitia largitate accipitur, *Id. Exerc. 38. th. 41. §. Vidua verò. Schneidew. ad tit. de hæred. qvæ ab inteſt. defer. cap. de ſucceſ. in vir. & uxor. n. 41.* ubi dicit, Jure Sax. Sponſalitia largitate etiam plures res comprehendi: Adde de derivatione vocis *Bocer. tr. d. donat. c. 9.* & variâ ejus acceptione *Webnerum in Obſervat. Pract. voc.* Morgengabe. Hîc videtur explicatio petenda ex articulo Statutorum noſtrorum von Ehlichen Gelübden. §. So viel aber. ex qvo patet, qvòd pater ſponſæ, curator vel conſangvineus debeat eam die Sponſaliorum à ſponſo petere & ſtipulando promiſſionem in ejusq; ſecuritatem fidejuſſorem vel cautionem ſcriptâ accipere, ita ut, ſi omiſſa fuerit talis pactio, poſteà Morgengaba peti non poſſit. *d.* §. So viel aber. *in fin.* Unde facilè conſtat, paulò aliter terminum hîc accipi, qvàm pro dono, qvod novus maritus qvaſi in pretium primi concubitûs dare ſolet. Definitur enim tempore Sponſaliorum certa qvædam qvantitas, uxori in caſum, qvo matrimonium ſterile ſit futurum, poſt obitum mariti danda, qvæ res cùm inter ſponſum & ſponſam agatur, videtur cum *Bocero d. tr. c. 9. n. 6.* ſponſalitia largitas dicenda, vel donatio propter nuptias, cui ex donatione hâc antiqvâ illud adhæſit, qvòd tantùm ante nuptias poſſit conſtitui. *v. §. 3. I. de Donat. junct. d.* §. So viel aber. Cui accedit, qvòd hæc donatio reſpiciat dotem & divitias uxoris, ita ut, qvò major ſit dos, eò major qvoqve, ſecundùm uſum civitatis noſtræ, cui debet originem, hæc donatio eſſe ſoleat, ubi tamen non ſimplicem æqvalitatem reqviri obſervavi, qvam aliàs in dote & donatione ante nuptias reqvirebat. *N. 97. c. 1. & 2.* à qva etiam uſus communis jamdudum receſſit, monente *Bocer. d. tr. c. 10. n. 9. 10. 11. & 12.*

Th. VI. Præter hanc donationem conſeqvitur etiam uxor illata. Num omnia, an ſaltem dotem? Sed favor uxorum, cujus gratiâ in legibus maxima, depoſtulat, ut hunc §. noſtrum accipiamus in genere, tam de paraphernalibus, qvàm dotalibus, per particulam Alle / modò ſint mit Bewuſt illata, i. e. modò conſtet & illata

lata eſſe probentur. Ita explicatis terminis, concludimus, diſpoſitionem hanc Statutariam eſſe ex Jure Civili conſvetudine in noſtra civitate receptam, qvatenus ſc. conjux niſi dotem & hanc donationem reciprocam habet, aliàs ad nullam ſucceſſionem admittatur, & per conſeqvens eidem præferantur marito ſangvine conjuncti, ſicut nec ex uxoris bonis maritus qvicqvam conſeqvitur, uti ex ſeqventibus patebit.

§. 2. Und der Mann / ſo vor die Morgengabe gelobet hat / ſo der bey Jahr und Tag gemahnet wird / ſo ſoll er darvon thun das billich und recht iſt / wird er aber bey der Friſt nicht gemahnet / ſo ſoll er der Sache und des Bürge-Zugs loß und ledig ſeyn.

Th. VII. Hic §. ſaltem occaſionaliter apponitur, ut conſtat (1) poſſe in ſecuritatem hujus donationis fidejuſſorem peti, qvem Jure Civili in ſecuritatem dotis exigere permiſſum non eſt. *tot. t. C. ne fidejuſſ. dot. dentur.* (2) Qvousqve fidejuſſoris duret obligatio, nempe intra annum, poſt annum verò eſſe eum ſolutum. (3) Unde annus currere incipiat, ſc. à tempore mortis mariti; tum enim exiſtit conditio, maritum eſſe ſine liberis mortuum, tunc poteſt peti qvod donatum; qvæ materia cùm à ſucceſſione aliena, plura de ea non addam.

§. 3. So aber die Frau eher denn der Mann Todes halben abgehet / ſo folget ihr Gut / das ſie mit Bewuſt zu ihm gebracht hat / ihren nechſtgebohrnen Freunden / denen es außgegeben werden ſoll.

Th. VIII. Reſpicit hic §. præcedentem primum, eundemqve comprehendit caſum, ſaltem præſuppoſito, qvòd Sempronia uxor prior ſit mortua, qvàm Titius maritus, de cujus ſucceſſione diſqviritur. Jure Civ. antiqvo non niſi edicto Prætoris unde vir & uxor admittitur. Jure Nov. vir cum uxore eodem gaudet jure & beneficio. *N. 53. cap. ult. §. 2.* Jure Saxon. Maritus conſeqvitur uxoris bona mobilia, exceptâ geradâ, & mobilibus deficientibus, qvartam partem immobilium. *Carpz. Rich. tit. eosd. Dn. Struv. Ex. 38. th. 41. Schneidw. ad t. de hered. qvæ ab inteſt. t. de ſucceſſ. conj. n. 27. 28.* Hoc Jure Statutario nihil ad maritum pertinere dicitur; qvâ in re itidem diſpoſitionem Juris Civ. antiqvi ſapit, qvo ſucceſſio conjugum erat incognita, donec Prætor eosdem vocaret poſt cognatos, qvi etiam ſecundùm hoc Statutum marito

præferuntur. Utrum, his deficientibus, Fiſco, cujus ſucceſſio ultima, præferendus maritus? decidere periculoſum eſt, ſuſtinebimus exercitii gratiâ utramqve ſententiam. Ratio diverſitatis autem, qvòd uxor ex bonis mariti qvicqvam conſeqvatur, maritus ex bonis uxoris nihil, videtur hæc danda, qvòd illam portionem, qvam Statutum vocat Morgengabe/ ſtipulando ſibi acqvirat uxor, marito verò uxor promittat nihil. Indeq; dicta Morgengaba à Donat. ante nuptias natura recedit, propter qvam maritus ex doto idem conſeqvitur lucrum, qvod uxor ex dicta donatione. *N. 97. c. 1. in fin.*

§. 4. Wo aber beyde Mann und Weib ihre Güter vor Richter und Schöppen einander haben auffgegeben und verſchreiben laſſen/ ſo ſoll ein ſolches wie verſchrieben gehalten werden.

Th. IX. Suppeditat hic §. dicendi anſam de pactis inter conjuges & donationibus: Utrumqve expediamus breviſſimis. Pacta hæc concernunt vel dotem, vel ſucceſſionem, de his, non de illis videtur articulus conceptus. Sunt autem pacta de dote licita, modò non naturam dotis evertant, *l. 4. de pact. dotal.* & contra bonos mores non ſint. *l. 5. l. 6. eod.* Hæc ſecundùm conſvetudinem Germaniæ etiam de futura ſucceſſione ineuntur, qvæ Jure Civ. prohibita, propter *l. 30. C. de pact.* ad qvam procul dubio & hic §. reſpicit, qvi tamen rectiùs de donatione accipiendus, per verb. text. auffgeben und verſchreiben laſſen/ qvæ plus inferunt qvàm pactionem. Auffgeben enim vel aufflaſſen Saxonibus idem eſt ac tradere dominium, v. g. qvando in literis emptionum dicunt, ſie wollen das Stück Gut nach bezahlter gantzer Kauff-Summa vor gehegten Gedinge aufflaſſen/ ſicq; traditionem dominii judicialem promittunt. Verba verò verſchreiben laſſen inferunt pacta, qvæ iſtiusmodi traditionibus ſolent adjici, arg. verb. ſeqq. wie verſchrieben. Caſus igitur §. talis erit: *Titius & Caja conjuges comparentes coram Judice cum Scabinis donant ſibi invicem omnia bona ſua, adjectis qvibusdam, ſi placuerit, pactionibus, qvæ in ſcriptum & inſtrumentum publicum rediguntur.* Qv. qvid poſt obitum alterutrius obtineat? Reſp. Superſtes conſeqvitur, prout eidem ſunt donata. Jure Civ. donatio inter virum & uxorem eſt prohibita, *t. t. de Don. inter virum & uxor.* idq; propter freqventer

contin-

contingentia divortia, ſic enim eveniebat, ut tali caſu divortii contingente ad incidas & paupertatem redigerentur. *v. l. 1. 2. 3. d. t.* Excipiuntur tamen donationes, unde donator non efficitur pauperior. *arg. l. 4. 5. de Uſur.* Item donationes reciprocæ æqvales *l. 7. §. 2. de donat. inter virum & uxor.*; Sic qvoqve donationes mortis causâ non ſolùm qvæ propriè tales ſunt, ſecundùm *§. 1. Inſt. de donat.* verùm etiam qvæ in caſum mortis concipiuntur, ſeu qvarum exitus poſt mortem locum habet. *d. l. 11. §. 1. de don. inter vir. & uxor.* Talem verò puto eſſe, qvæ hoc §. proponitur, ideoq; eandem etiam ſecundum Jus Civile defendi poſſe, & ſic hoc Statutum cum illo convenientiam fovere. Monet præterea *Dn. Struv. Exerc. 30. th. 31. Ex. Coler. Deciſ. 12. n. 24. & Carpz. p. 2. Conſt. 3. def. 16. & 17.* qvòd moribus præſertim Saxonicis donationes inter virum & uxorem fiant judicialiter cum donantis uxoris curatoris conſenſu & actorum inſinuatione, qvod idem eſt, qvod Statutum noſtrum exponit. Credo etiam fieri poſſe, ut hæc donatio ſpeciem qvandam ultimæ voluntatis comprehendat, ſi conjuges pro parte qvædam ſibi donant, pro parte conſangvineis qvædam retineant, & ſimul, qvomodo hi aliqvando ſuccedant, diſponant, inprimis cùm teſtamento, niſi judiciale ſit, locus in civitate noſtra non pateat. v. tit. ſeqventem von Teſtamenten.

§ 5. Und ſoll mit Auffgaben von Eheleuten alſo gehalten werden/ hat der Mann vorhin ein Weib zur Ehe gehabt/ und Kinder/ die noch am Leben/ mit ihr gezeuget/ ſo mag er ſeinem Weibe/ wo in ſeinem Willen/ ein dritten Theil/ und nicht mehr in die zwey Theil ſeiner Güter auffgeben/ hat er aber vorhin nicht Kinder/ und gewinnet mit derſelben andern/ dritten oder vierdten Frau auch nicht Kinder/ ſo mag er/ weil er guter Vernunfft iſt/ mit Bewuſt des Rahts und unvergeſſen des gemeinen Nutzens/ alle ſeine Güter dem Weibe/ oder wem er will/ zueignen.

Th. X. Docet hic §. qvando poſſint donare conjuges & in qvantum. Poſſunt autem, qvandocunqve placuerit, neqve hac parte diſtingvitur, utrum liberos habeant, an minùs; qvia exiſtentia liberorum ipſam donationem non impedit, ſicut nec ipſo jure Civili, modò liberis ſua legitima ſit ſalva *t. t. C. de inoff. donat.* Circa qvantitatem verò donationis faciendæ, utiqve diſtinctio adhibenda

hibenda tam ratione mariti, qvàm uxoris, tam ratione liberorum præteriti qvàm præſentis matrimonii, ita ut iisdem ſemper ſalva ſit legitima. Hæc ſecundum communem Dd. opinionem lege naturæ debetur liberis, ideòq; nec lege poſitivâ aufferri poteſt; ſed determinatio ejus arbitrio Legiſlatoris relicta. *v. Habn. ad Weſenb. t. d. inoff. teſt. n. 6. in med. ferè.* Unde evenit, ut ſecundum diverſa loca variet, eſt enim ſucceſſio qvædam lege determinata, ex qvo & legitima dicta eſt. *Dn. Struv. Ex. 10. th. 30. Confer Hug. Grot. l. 2. c. 7. §. 4. in fin. de J. B. & P. ibiq; Magnif. noſtrum Ziglerum in Commentario ad eund.* Jure Civili initio erat qvarta pars bonorum, qvæ qvis aliàs ab inteſtato conſecuturus erat. *l. 8. de querel. inoff. teſt.* Jure Novellarum ſecundum numerum liberorum variat, nempe triens, ſi qvatuor vel pauciores; ſemis verò, ſi qvinqve vel plures. *N. 18. c. 1.* Adde de Jur. Saxon. *Conſt. Elect. p. 3. c. 8. & 9.* Hoc Statuto duplex proponitur caſus, prior, ubi maritus liberis exiſtentibus donat vel teſtatur, talis: *Titius habens duos liberos ex priori matrimonio, vel uxore ſuâ Sempronia:* Q. in qvantum poſſit ex ſuis bonis donare uxori Semproniæ? Reſp. Dividenda ſunt bona Titii in tres partes; Ex his liberis cedit tertia pars liberis, tanqvam bona materna; Deinde reliqvæ duæ partes habentur ut totum in tres partes iterum dividendum, ex qvibus poterit donare Semproniæ unam, verb. einen dritTheil in die zwey Theil ſeiner Güter / reliqvæ duæ partes debentur liberis ut legitima. Hinc facilè patet, liberorum legitimam in bonis paternis eſſe duas tertias, in bonis maternis unam, *vid. §. ſequent.* Gewinnen aber.

Th. XI. Poſterior habetur in verſ. hater aber / & præſupponit liberos neqve præſentis neqve præteriti matrimonii exiſtere. Q. in qvantum Titius donare vel relinqvere poſſit Semproniæ? Reſp. Tunc poteſt donare uxori vel etiam alii bona ſua omnia. Dubitant qvidem communiter Dd. num omnium bonorum procedat donatio? Verùm affirmativa facilè evincitur per *l. 35. §. 4. C. de Donat. & l. 8. C. de revoc. donat. vid. Struv. Exerc. 40. & 9.* qvo propterea nec diſcrepat Statutum verb. alle ſeine Güter / hoc ſaltem videtur innuere verb. bey guter Vernunfft / qvod, teſte eodem *d. Exerc. th. 6. in fin.* Jus Saxon. reqvirat, ne donator decumbat adverſa valetudine; verùm ſicut ipſe contrariam allegat obſervan-

ſervantiam, ita poteſt ſanæ mentis eſſe, licet ſit ægrotus, & ſic poteſt adeſſe etiam donandi voluntas. *l. 20. C. de Donat.* Cæterùm coram Judice & Scabinis & Judicialiter donare dicitur, qvi iisdem advocatis donat, *d. Exerc. th. 6.* qvia donatio pertinet ad actus voluntariæ jurisdictionis. Qvòd autem hic injungatur donanti, ut rationem utilitatis publicæ habeat, inde fit, qvia hæc donatio omnium bonorum induit qvodammodò ſpeciem ultimæ voluntatis, qvam ex ſpeciali ſtatuto *Tit. ſeqventi* von Teſtamenten conficere non licet, niſi qvid ad publicam utilitatem fuerit legatum, & teſtamentum qvo ſecus factum pronunciatur nullum.

§. 6. Dergleichen wo ſie vorhin einen Mann zur Ehe gehabt/ und Kinder/ die noch am Leben/ mit ihm gezeuget/ mag ihrem andern/ dritten und vierdten Manne 2. Theil in ihren dritten Theil und nicht mehr auffgegeben werden. Hat ſie aber nicht Kinder/ ſo mag ſie ihr Gut/ dieweil ſie guter Vernunfft/ mit Bewuſt des Rahts/ und unvergeſſen des gemeinen Nutzens/ ihren Ehe-Mann/ oder wohin ſie Genüge hat/ wenden. Und was Mann oder Weib nach Tode Güter und Habe unverſchafft hinter ihnen laſſen/ die nicht Kinder haben/ ſoll erben auff ihre nechſten Erbnehmen.

TH. XII. Agit hic §. de donatione ab uxore marito facienda, ubi eodem modo diſtingvuntur caſus, utrum uxor liberos præſentis vel præteriti matrimonii habeat, an non: Illo dividenda erunt bona in tres partes, qvarum duæ ut bona paterna cedunt liberis, ſeq. §. Gewinnen aber. Tertia itidem in tres dividitur, ex qvibus duas marito donare permiſſum, verb. Zwey Theil in ihren dritten Theil. Hôc liberum eſt totum donare, adde præced. n. 11. dicta. Illud ad *verſ.* Und was Mann oder Weib. notandum, ex hoc evinci poſſe, potiùs ad donationem qvàm teſtamentum hunc actum inter virum & uxorem eſſe referendum, qvia nemo facilè pro parte decedit inteſtatus, qvod Jure Civ. permiſſum non erat. *l. 7. ibiq; Ludw. in Com. ad R. J.* Niſi fortè dixeris, uſu receptum eſſe, ut pro parte teſtatus, & inteſtatus qvis pro parte reliqva decedat, qvod abſurdum extra Jus Romanum non eſſe monet *Vinn. ad §. 5. de hæred. inſt.* ubi & regula in milite limitata reperitur, qvam limitationem & *d. l. 7. de R. J. verb. Pagano* comprehendit.

Th. XIII. Incidit hîc dubium, ſi donatio facta ſit, & poſteà naſcantur liberi? Reſp. puto diſtingvendum, utrum ſit facta omnium bonorum, qvo caſu puto eam eousqve reſcindendam, ut liberis ſuperſit legitima ſtatutaria. An verò partis majoris, & hîc iterum ſubdiſtingvo; aut pars reſidua ſufficit legitimæ ſtatutariæ, & ſic conſervetur donatio; aut non ſufficit, & ſic reſcindatur eousqve, donec ſtatutaria fuerit perfecta, arg. deciſ. peto ex *l. 5. C. de inoff. donat.* Qvod enim Jure ſpeciali deciſum non eſt, qvare non ex Jure communi petatur; imprimis ſi deciſio ſecundum jus particulare, non contra illud faciat.

§. 7. Gewinnen aber 2. Eheleute Kinder mit einander und Erben/ſo erlanget die Frau in ihrer beyder Güter den dritten Theil/ und der Mann 2. Theil.

Th. XIV. Pergimus nunc ad caſum, ubi conjux decedit relicto conjuge, cum liberis ſine pactis dotalibus & donatione, qvæ etiam in caſu, ubi liberi naſcuntur, vel usqve ad legitimam reſcindenda, ut præced. Th. dictum; vel ſi ſub conditione, ſi liberi nati non fuerint, facta, deficiente conditione, nulla erit. De Jure Civili jam monitum Th. 4. Conjuges liberis exiſtentibus non niſi certo caſu ſuccedere, & qvæ plura ibi ſunt adducta. Hîc addendum, excitata ibi Conſtit. Elector. liberis exiſtentibus uxorem conſeqvi qvartam, deducto ære alieno. *d. C. 20.* §. Wo aber. Admonet autem Seren. Elect. inprimis Statuta cujusqve loci diligenter inſpicienda, & ſecundum ea ſententiam ferendam, ideòq; breviſſimis in hac ſucceſſione conjugum cum liberis inqviramus, donec nobis ex Jure communi iterum inſerendi qvædam occaſio dabitur. Ex hoc §. duplicem formabimus caſum: (*I.*) *Moritur Titius, relictâ conjuge Semproniâ cum tribus liberis*: Hoc caſu Sempronia unam, liberi duas partes in bonis utriusqve conſeqvuntur. (*II.*) *Moritur Sempronia, relicto Titio cum liberis.* Hoc caſu Titius duas, liberi tertiam partem accipiunt, cui diſpoſitioni Wittebergenſium Statuta reſpondere obſervavi.

Th. XV. Patet hinc, per matrimonium & inde natos liberos in noſtra civitate qvaſi communionem bonorum conjugum naſci, de qva eleganter *Dn. Struv. Exerc. 39. th. 56. & Zæſ. ad tit. pro Socio n. 10. 11. 12.* Nec enim credo, textum, qvi generaliter loqvitur

qvitur in ihrer beyder Güter / de iis tantùm, qvæ conſtante matrimonio acqviſita, eſſe accipiendum, ſed de omnibus. Deinde non attendi numerum liberorum, ſed dictas duas portiones inter eos, qvi primi gradus ſunt, in capita, & ſi cum ulterioris gradus concurrant, in ſtirpes dividi, ut ex inferiùs dicendis apparebit.

§. 8. Und wo der Mann eher denn die Frau Todes halben abgehet/ ſo mag die Frau/ wo es ihr gefället / in den Gütern bey ihren Kindern bleiben / dieweil ſie ihren Wittwen-Stuel nicht verrückt/ noch die Güter geringert/ und die Kinder nicht mündig werden/ und ſich Ehlich verendern.

Th. XVI. Deciditur hîc qvæſtio, qvando diviſio bonorum ſecundum partitionem ſtatutariam facienda: Et relinqvitur arbitrio uxoris, verb. wo es ihr gefället / ſubſiſtere in communione bonorum cum liberis, in den Gütern bey ihren Kindern bleiben/ eaq; adminiſtrare, arg. verb. noch die Güter geringert. Præſumitur enim mater optimè velle ſuis liberis. Unde Jura Civilia licet tutelæ officium ſolis demandarent viris, admiſerunt tamen matrem & aviam, modò ulterioribus nuptiis & SCto Vellejano renunciâſſent. *N. 94. c. 2. N. 118. c. 5.* Ita ut hoc ſtatuto legitima matris tutela tacitè ſit confirmata. Renunciatio verò, qvæ anteà debebat eſſe jurata, *d. N. 94.* eâdem eſt abrogata, expreſſa tamen & judicialis reqviritur, *N. 118.* qvam hîc videmus vel ſufficere tacitam vel neceſſariam non eſſe, qvia qvamprimùm ad ſecunda tranſit vota, tutelam perdit, *d. N. 118.* cui reſpondet Statutum verb. dieweil ſie ihren Wittwen-Stuel nicht verrückt. Si verò ad ſeparationem provocare malit, puto eam ſtatim poſt obitum mariti impetrare poſſe, d. verb. ſo es ihr gefält/ nemo enim facilè in communione permanere cogendus eſt. *l. 10. §. 2. Commun. div. l. 70. pro Soc. Gail. l. 2. Obſ. 24. n. 7.*

Th. XVII. Reſtringitur id, qvod de tutela & adminiſtratione diximus, (1) ſi mater ad alias nuptias tranſeat, ihren Wittwen-Stuhl verrücket. (2) Si malè in bonis verſetur, die Güter verringert / eodem enim reſpexerunt Jura Civilia, dum renunciationem SCti Vellejani exigunt, ut malè verſata eò faciliùs conveniatur, & omni deſtituatur auxilio. (3) Si liberi ad pubertatem perveniant, mündig werden / pubertate enim tutela Jure Civili finitur.

nitur. *pr. l. q. m. tut. fin.* Sed puto mündig werden non rei ceere tantùm annos pubertatis, vel etiam minorennitatis, licet enim qvis finitâ pubertate Jur. Civ. exiiſſet de poteſtate tutoris, erat tamen adhuc minor ſc. 25. annorum, qvi ſæpè accipiebat curatorem. *t. t. I. de Curat.* Secundum mores autem hodiernos, tutela & cura conjunguntur, & qvi tutor eſt, & curator manet, unde mündig dicuntur illi, qvi rebus ſuis pleniſſimè præeſſe poſſunt, neqve alieno auxilio opus habent. *Conf. Gail. lib. 2. Obſ. 96. n. 1. & ſeqq.* & qvâ ratione Jur. Saxon. Com. tam in feudalibus qvàm allodialibus finiatur, vide ſis apud *Zobel. Diff. Jur. Civ. & Saxon. diff. 16.* Verba und ſich Ehelich verendern non videntur novam innuere limitationem, ſed priori cohærere; nec enim propter particulam connexivam *Et* und ſufficit liberos attingere perfectam ætatem, ſed dum demùm ad diviſionem poterunt matrem compellere, cùm ad vota nuptialia transeunt. Putarem tamen ex æqvitate dandam eſſe filio negotiationem aliqvam ſuſcipienti ſeparationem.

§. 9. So ſie aber ihren Wittwen-Stuhl verrückt / und einen andern Mann zur Ehe nimbt / oder die Güter verringert / oder irgend ein Kind mündig geworden / und ſich Ehlichen verendert / ſoll ſie ſich halten ihres dritten Theils in allen Gütern / und alßdann ſoll den Kindern ihres Vatern 2. Theil nach Erkänntnüß des Rahts und der nechſten Freunde vermacht und verſichert werden / und die Frau mag auch / dieweil ſie Wittwe bleibet / wo in ihrem Willen / mit ihren unmündigen Kindern das Kind / welches ſich Ehlichen verendert / abrichten / ihme ſein vermacht Geld auß den Gütern geben / und mit den andern ihren unmündigen Kindern im Beſitz der Güter bleiben.

Th. XVIII. Enumerat hic §. enumeratas jam limitationes, & decidit, qvod tali caſu contingente, v. g. ubi ad nuptias tranſit &c. uxor bona dividere, & ſibi retinere partem tertiam, liberis verò duas tertias relinqvere debeat. Diviſio autem hæc ut ritè fiat, adhibenda autoritas eorum, qvibus Magiſtratus demandavit negotium, (vocantur alibi die Theil-Herren / Vormunds-Herren / apud nos Wäyſen-Herren) & præſentia proximorum ſangvine conjunctorum, qvod Statutum inſtar legis hîc tutelam defert, *conf. t. de leg. tut.* qvi id intendunt, ut ſine fraude & præjudicio

dicio pupillorum & minorum fiat diviſio, & diviſa liberisq; adſignata ſint ſecura & ſalva. Ubi enim impuberes educandi, explicatur toto tit. *Pand. ubi pupill. educ. debeat.* cùm verò parentis ſuperſtitis ſumma in liberos præſumatur pietas, matri maximè hæc cura demandatur, *l. 1. C. ubi pup. educ.*; qvod tamen *ibid.* limitatur, niſi vitricum induxerit; qvam limitationem hodierni mores non attendunt, ſed ita diſponitur res, ne vitricus facilè nocere poſſit, & proſpicitur ſecuritati rerum impuberum Hypothecis & fidejuſſoribus, ne patrimonium illorum capiat detrimentum, qvò tendunt verba Statuti noſtri, vermacht und verſichert werden.

Th. XIX. Qvantum attinet verſ. Und die Frau mag auch &c. reſpicit iſte limitationem tertiam, ubi qvidam ex liberis majorennis evadit & ad nuptias tranſit, qvo caſu diviſionem faciendam dixit h §. pr. unde oritur qvæſtio, num & iſta diviſio procedat qvoad reliqvos liberos, impuberes fortè, & ad matrimonium nondum aptos? Et decidit textus, matrem cum reliqvis in communione poſſe perſiſtere, poſtqvam huic matrimonium ambienti portionem ſuam dederit, verb. Wo in ihrem Willen/ &c. Qvod tamen ſine omni diviſione fieri neqvit. Ut enim conſtet, qvæ portio danda, diviſio facienda eſt, & patrimonium in unam maſſam conferendum, deinde in tres partes dividendum, & ex duabus juxta numerum liberorum nubenti portio danda, ita ut qvoad reliqvos ſalva ſit cum matre communio, verb. Sein vermacht Geld auß den Gütern geben / und mit den andern Kindern im Beſitz der Güter bleiben.

§. 10. Wo aber die Frau eher alß der Mann Todeshalben abgehet / ſo mag der Mann / dieweil er Wittwer bleibet / und die Güter nicht geringert / ohne Hindernüß der Kinder / ſo ſie unmündig ſeyn / und ſich keines Ehlichen verändert / der Güter gebrauchen. So er aber ein ander Weib nimbt / oder der Kinder eines oder mehr ſich verändern / ſo folgen ihme 2. Theil / und den Kindern ihr Mutter Drittheil / ihr ſeynd viel oder wenig / ſo theilen ſie das gleich unter ſich.

Th. XX. Habet hic §. eadem, qvæ præcedentes; caſum ſaltem invertit, & maritum ſuperſtitem, uxorem verò defunctam fingit, dicitq; nec patrem poſſe compelli ad diviſionem, niſi ali-

qvis prædictorum caſuum contingat, & tunc eidem tribuit duas ex bonis diviſis partes, liberis unam, ſecundum §. præcedentem 7. qvi horum ſeqq. fundamentum eſt.

Th. XXI. Illud non inſuper habendum, qvod ſuprà jam monui Th. XV. in fin. Numeri liberorum non haberi hîc rationem, qvod patet ex verbis, ihrer ſind viel oder wenig / qvod in definiendâ legitimâ ſecundum Jus Civ. ſecus ſe habet, uti deduximus ſuprà Th. X. Reliqva verba: So theilen ſie das Gut gleich unter ſich / innuunt modum diviſionis legitimæ Statutariæ inter liberos, nempe qvod regulariter fiat *in capita*, auff die Häupter/ i. e. tot partes, qvot ſunt liberi. Puto tamen eſſe caſum dabilem, ut diviſio fiat in ſtirpes, jure repræſentationis, ſi ſcil. filius vel filia ad matrimonium tranſiens, à patre vel matre ſuperſtite portionem ſuam non petierint, qvi ſi poſteà relictis liberis mortui fuerint, liberi hi cum patruis vel amitis ſuis concurrentes, jure repræſentationis defuncti parentis capient portionem.

## *Articuli I.*

### Pars Secunda

# De Succeſſione Aſcendentium & Deſcendentium.

§. II. Und welch Kind darnach / ſo die Theilung geſchehen/ alſo daß ihm ein genandt Geld oder Gut verſchrieben/ und vermacht iſt/ ſtirbt/ und vorder nicht Kinder hinter ihm läſt/ daſſelbige Kind erbet ſein gebührlich Vater- und Mutter-Theil auff die Eltern/ es ſey Vater oder Mutter/ welches noch am Leben.

### Th. I.

Continet hæc pars duos ordines ſuccedentium, Aſcendentium & Deſcendentium. Ab illo fit initium, & continuatur usqve ad §. So aber Vater und Mutter beyde verſtorben. In ordine Aſcendentium notamus (1), qvòd vel ſuccedant

liberis

liberis natis vel naſcituris, §. Es ſoll auch kein Weib. (2) Qvòd ſuccedant Aſcendentes vel ſoli, vel cum defuncti fratribus & ſororibus. (3) Diſtingvendum inter caſum factæ diviſionis bonorum & non factæ. (4) Huic ſucceſſioni Aſcendentium non locum eſſe, niſi deficiant ex liberis Deſcendentes, uti §. Und ſtirbt der Mann dicetur, & verba §. h. 11. Und vörder nicht Kinder hinter ſich verläſt/ oſtendunt.

Th. II. Supponit autem hic §. 11. talem caſum: *Moritur Titij conjux Sempronia, ex qva Titius ſuſcepit filios Mevium & Cajum, ſicut & filiam Tulliam. Non placet Titio perſiſtere in communione, ſed diviſione factâ cuivis liberorum tribuit portionem debitam, moritur deinde primogenitus filius Mevius, non relictis poſt ſe liberis;* Q. qvis ſuccedat defuncto Mevio? Si res ad mentem Juris Civilis componenda, dicendum ſecundum *N. 118. c. 2.* Cajum & Tulliam, ut fratrem & ſororem utroqve latere conjunctos admittendos eſſe cum Titio in capita. Jure verò Saxon. tam communi qvàm Electorali parentes excludunt omnes collaterales *Vid. Zobel. Diff. Jur. Civ. & Saxon. diſt. 7. part. 3.* Qvam diſpoſitionem Saxonicam ſeqvitur Jus noſtrum Statutarium, verb. Erbet ſein gebührlich Vater- und Mutter-Theil auff die Eltern / ſc. qvoad patrem & matrem non ulteriores. *v. inf. p. 3. §. 20. Th. VI.* Ergò frater & ſoror erunt in præmiſſo caſu à Titio excluſi. *Conf. Conſt. Elect. 17. part. 3.* Idem dicendum, ſi in dicto fingamus caſu Semproniam ſuperſtitem & Titium eſſe defunctum, in fin. hujus §. verb. Es ſey Vater oder Mutter.

§. 12. Sondern die Kinder / welche bey den Eltern in den ungeſonderten Gütern ſitzen / denen nicht ein Geld vermacht iſt / noch Güter verſchrieben ſeyn / wo derſelben irgend eines ſtirbt / das erbet nichts / ſondern das ihme zugeſtanden / bleibet in den ungezweyten und ungeſonderten Gütern / den lebendigen Eltern und Geſchwiſter zu gute.

Th. III. Hic §. eundem retinet caſum, cum hac differentiâ, qvòd præſupponat ſeparationem vel diviſionem inter Titium ejusq; liberos non interceſſiſſe. Inde qværitur, num defunctus Mevius faciat partem? & reſp. negando verb. das erbt nicht. Cùm itaqve nulla ejus ſit portio, non poterit diſceptari de ejus hæreditate,

tate, ſed fingitur ante diviſionem defunctus non extitiſſe, indeq; portio ejus accreſcit, vel potiùs non decreſcit hæreditati, & ſic in diviſione æqvè parens & fratres defuncti concurrunt. Das ihm zugeſtanden / bleibet in den ungezweyten Gütern den lebendigen Eltern und Geſchwiſter zu gute. Qvid verò dicendum, ſi liberi negotiatores aliunde qvædam acqviſiverint, & deinde relictis parentibus, fratribus & ſororibus, moriantur ſine liberis ex ſe deſcendentibus, numne hîc fratres & ſorores à parentibus excludantur? Ratio dubitandi qvod non, poteſt peti ex hoc ſtatuto, ubi agitur de ſucceſſione in bona, qvæ liberis à parentibus obvenerunt, Statuta autem ſunt ſtrictæ interpretationis. Vid. ſæpè laudatus *Dn. Struv. Ex. 2. th. 5. n. 4. ibiq; citat. Gail.* Ratio decidendi ex fundamento generaliori, qvod Statutum judicet parentes omnibus ex latere præferendos, ideòq; bonorum qvalitas diverſitatem inducere neqvit, monetq; citatus autor ex eodem Gailio, Statutum ex generali ratione latum æqvam admittere extenſionem.

§. 13. Es ſoll auch kein Weib / die ein Kind trägt / auß den Gütern ihres verſtorbenen Mannes verſtoſſen werden / eher ſie des Kindes gelegen iſt / ſondern ihre Zeit ſoll ihr gelaſſen werden / und ſo ſie das Kind lebendig gebieret / daß es getaufft oder genohttaufft / oder die vier Wände beſchrieben hat / ſoll ſie ſich in Gebrauch der Güter und ihres dritten Theils / wie oben vermeldt / halten.

Th. IV. Datur mihi hîc excurrendi in materias Juris Civilis multa occaſio, utpote de ventre inſpiciendo, num mulier prægnans ſit. *t. t. de vent. inſpic. lib. 25. cum ſeqq.* Sed brevitatis causâ adducam id, qvod textûs eſt principale, nempe viduæ imprægnatæ relinqvendam poſſeſſionem bonorum. Caſus ergo talis erit: *Moritur Titius, relictâ Semproniâ uxore imprægnatâ:* Qv. qvæ ſit hoc caſu in bona Titii ſucceſſio? Reſp. Si conſtet, uxorem eſſe prægnantem, uti hoc caſu verb. die ein Kind trägt / poterit Jure Civili bonorum poſſeſſionem ab inteſtato petere, *l. 7. pr. de ventre in poſſ. mitt. &c.* fingitur enim Jure Civili, qvi in utero eſt, natus. *d. prin.* Qvia verò naſcendi eventus dubius, non vera bonorum poſſeſſio, ſed nuda ſaltem detentio concedebatur, *Struv. Exerc. 37. th. 46.*

Th. V.

Th. V. Hanc poſſeſſionem qvoqve decernit Statutum, qvod vetat projicere uxorem viduam prægnantem eousqve, donec conſtiterit, num faciat abortum, an naſcatur, an verò appareat prægnantem non eſſe. Qvæ ſi fuerit enixa, poſthumus natus eſſe dicitur, & naturaliter talis, qvi poſt obitum patris verè naſcitur. Natus autem eſſe, qvi baptizatus eſt à Sacerdote, vel in caſu neceſſitatis ab alio, verb. getaufft oder genohttaufft / vel ad minimum poſtqvam in lucem editus, & ex utero prodiit, ſonum qvendam edidit, die vier Wände beſchrichen / ex qvo ſigno conſtet, eum vivum eſſe editum, non mortuum, mortuus enim infans infans non eſt. *l. 129. de V. S. Habn. ad tit. de Stat. hom. ad verb. poſtqvam nati.* Jus, qvod inde uxori naſcitur, eſt ſucceſſio in tertiam partem, qvæ aliàs ab ea excluſa foret, verb. Soll ſie ſich in Gebrauch der Güter und ihres dritten Theils / wie oben ſc. §. 8. gemeldet / halten. Lucratur igitur uxor tertiam partem, & mortuo poſthumo duas partes reliqvas, uti dictum ad §. 12. Th. 3. & ex ſeqq. patebit.

Th. VI. Notanter verò dicit textus, ihre Zeit ſoll ihr gelaſſen werden / ex qvibus verbis apparet, partum debere juſto tempore eſſe editum, ne fortè poſt mariti obitum ſupponatur alius. Juſtum naſcendi tempus hoc caſu eſt, ſi qvolibet tempore noni vel decimi menſis, imò ſub initiũ undecimi fuerit natus, ſecundum ea, qvæ habet *Dn. Struv. Ex. 3. th. 4. n. 2. & Hahn d. loc.* ubi præjudicia affert & *N. 39.* ad caſum, ubi in fine undecimi editus eſt partus, reſtringit. Tempus tamen menſium non præciſè à morte mariti, ſed conceptione numerandum monet. Credo tamen, ſi maritus integer ſit viribus, & inopinatâ præveniatur morte, etiam eum, qvi poſt ejus obitum decimo menſe naſcitur, pro legitimo habendum, arg. eorum, qvæ habet *Hahn. d. l.* de honeſta qvadam Wittebergenſium fœmina, ex *Beuſt. de matr. c. 36. part. 1.*

§. 14. Und dieweil wir dann in dieſer Königlichen Stadt zu ſolchen Recht ſitzen / daß der Mann / wenn er ſich mit ſeinem Weibe vererbet / in den Gütern / ſo ſie mit einander überkommen / zwey Theil / und das Weib ihren Drittheil hat / ſo ſoll niemand kein Heergewette in des Mannes 2. Theil / auch niemand kein Kiſten-Geräthe in des Weibes dritten Theil haben / denn alleine die Kinder / die theilen ſolches gleich unter ſich.

Th. VII. Ea bona, qvorum hîc ſit mentio, Geradæ & rerum expeditoriarum, qvorum illa filiæ, hæc filii habent præcipua, *Dn. Struv. Ex. 38.* Juri Civili ſunt incognita. Ubi qvidem itidem latiſſimus aperitur dicendi campus, ſed brevitatis memor, aliena omittam, cùm videam ex hoc §. nihil Geradæ & rebus expeditoriis, niſi ſolum nomen ſecundum Jura Civitatis noſtræ manſiſſe. Jubentur enim exulare Heergewette und Kiſten-Geräthe in bonis mariti & uxoris, verb. Soll niemand &c. niſi qvantum ipſos attinet liberos, qvibus tamen cum ipſis ſuperſtitibus parentibus æqvalis ad ea patet aditus, ſecundum ſeqvent. §.

§. 15. So verſtändlichen / wo der Vater zum erſten todt / behält die Mutter neben deme / ſo ihr auß den Gütern zuſtändig / an dem Heergewette ihren dritten Theil / und die Kinder 2. Theil. Wäre aber die Mutter eher denn der Vater todt / ſo bleiben zwey Theil von der Gerade bey dem Vater / und den dritten Theil nehmen die Kinder / wo irgend eines am Leben iſt.

Qvi præcedentem declarat, docens, matrem cum liberis utriusqve ſexûs participare ſuam portionem ſtatutariam de rebus expeditoriis, ſicut parentem de Gerada. Ex qva determinatione apparet, iſtas res ſe habere in ſucceſſione, ac ſi tales non eſſent. Seqv. v. §.

§. 16. So aber die Eltern beyde todt / was alßdenn von Gerade und Heergewette verhanden / theilen die Kinder / ſo viel der am Leben / gleich unter ſich / wo aber nicht Kinder ſeyn / ſo nehmen es des letztverſtorbenen Eltern nechſte Freunde / doch unverrückt des Geräthes / ſo bey den Häuſern zu bleiben verordnet und aufgeſetzt iſt. oſtendit, non ſaltem liberos capere tales res utrôqve parente defunctô, ut hæreditarias, verùm etiam collaterales. Gerada enim non exiſtentibus liberis devolvitur ad conſangvineos mariti ultimo loco defuncti; & contrà res expeditoriæ tranſeunt ad uxoris conſangvineos, ſi illa poſt maritum moriatur, verb. des letztverſtorbenen Eltern nechſte Freunde / in verſ. doch unverrückt / monent, in ſucceſſionem non venire res ad ædes pertinentes, ut ſunt Feuer-Eymer / Sprütze / Feuer-Leiter / Feuer Hacken / Harniſch / Spieß / Schwerdt und Geſchoß / qvæ habentur pro civiliter immobilibus, & ſolet earum propterea in inſtrumentis emtionum der Kauff-Briefe mentio fieri, qvales ad has vel illas ædes pertineant.

Plura

Plura hic non addam, qvia ex dictis patet, ſecundum noſtra Statuta Geradæ & rebus expeditoriis ſolum ſupereſſe nomen.

§. 17. Und ſtirbt der Mann / der ſich mit ſeinem Weibe alſo vererbet hat / und deß ſeine Kinder / die vorder nicht Kinder hinter ſich laſſen / vor ihm todt ſeyn / ſo bleiben ſeine zwey Theil ſambt dem Heergewette bey ſeinem nachgelaſſenen Eheweibe in ihrem 3 Theile.

Th. VIII. Qvomodo res expeditoriæ omnes poſſint devolvi ad conſangvineos uxoris, docet caſus hujus §. qvi talis eſt: *Moritur Titius, relictâ uxore Semproniâ, defunctis ante Titium liberis*, hæreditatem Semptonia cum rebus expeditoriis qvoqve conſeqvitur, ſecundum §. 15. Ex qvibus conſtat etiam propter liberos antè defunctos marito uxorem ſuccedere, qvâ tandem mortuâ, juxta §. 16. ſuccedent ejus conſangvinei. So bleiben ſeine 2. Theil bey ſeinem nachgelaſſenen Weibe in ihren 3. Theil.

§. 18. Dergleichen iſt auch mit den Frauen / wo ſich die mit ihrem Ehlichen Manne vererbet hat / und ihre Kinder / die vorder nicht Kinder hinter ſich laſſen / vor ihr auch todt ſeyn / ſo bleibet das dritte Theil mit der Gerade und Kiſten-Geräthe bey des Mannes 2. Theilen. Und keiner iſt des andern Freunden davon was zu geben verpflicht / ſondern erbet daſſelbige ſein Gut nach Tode alles auff ſeine nechſten Freunde.

Th. IX Similiter decidit hic, qvâ ratione conſangvinei viri totam conſeqvantur uxoris Geradam, nempè ſi uxore defunctâ maritus, qvi ex eâ ſuſceperat liberos, ſuperſit, maritus totam habebit Geradam, qvam nec uxoris conſangvinei ab eodem petere poſſunt, ſed mortuo ſuccedunt conſangvinei ipſius; verb. Sondern er erbt daſſelbe ſein Gut anff ſeine nechſte Freunde.

§. 19. Wo aber noch Kinder am Leben ſeyn / ſo ſoll der Raht verſchaffen / daß die Güter / Baarſchafft und Habe / bey Leben des Vaters / oder bald nach ſeinem Tode beſichtiget / und was allda befunden wird / und verhanden iſt / wie es darin eine Geſtalt hat / in das Stadt-Buch / das darzu gemacht / verſchreiben / und auff weitern Fleiß des Rahts verſorget werden / damit den Kindern ſolches verbleibe / nicht verrückt noch entwandt wird.

Th. X. Secundus ordo ſuccedentium in hac parte eſt deſcendentium, cujus ſucceſſio propriè proponitur in §. infrà, Item die

 Kinder

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-72173-p0029-2

Kinder nehmen Erbe. Qvia verò ſæpè liberi à parentibus relinqvuntur impuberes & minores, inſeritur hîc materia tutelarum, & in eâ h. §. præmittitur confectio inventarii, tam in tutelæ adminiſtratione, qvàm in ipſa ſucceſſione utilis. Inventarium conficere tenentur Tutores, ſi adminiſtrationem ritè ſuſcipere velint, adhibito Tabellione cum teſtibus, *l. ult. pr. & §. 1. C. arbit. tut. l. 24. C. de adminiſtr. & peric. tut.* qvi, ſi illud neglexerint, ſuſpecti habentur, *d. l. fin.* illudq; in foro Saxonico ita procedit, ut ne mater qvidem à confectione inventarii immunis ſit. *Deciſ. Elect. 21.* Secundum hunc §. adeò neceſſaria apud nos non videtur, qvo injungitur Senatui, vel dum parens moribundus adhuc in vivis eſt, vel ſtatim poſt ejus obitum ex officio in facultates patrimonii pupillaris inqvirere, eaq; , qvæ pupillorum ſunt, in librum publicum conſcribere, ne patrimonium patiatur decrementum. Unde poſteà evenit, qvòd in caſu, ubi adminiſtratio tutori cõmittenda, inventarium neceſſarium non ſit. Niſi fortè qvædam res eidem committantur, qvædam cuſtodiâ publicâ retineantur, qvo caſu optimè facturum puto Tutorem, ſi ſuper accepta inventarium confici curet. *arg. d. l. fin. §. 1.* Licet enim Jure Civili Tutor perſonæ, & per conſeqvens integro patrimonio detur, non tamen dubito ſecundum mores fieri poſſe, ut qvædam cuſtodiantur publicè. Conficitur etiam inventarium à hæredibus, ne creditoribus ultra vires hæreditatis teneantur. *l. ult. C. de acqvir. vel omitt. hæred.* Verùm de hoc Statutum conceptum non eſt, qvia ſeqventia tutelam reſpiciunt, & hîc præliminaria traduntur. Conficitur autem hoc modo inventarium, non ſaltem ubi uterqve parentum mortuus, de qvo ſeqv. §. verùm etiam ubi ſuperſtes eſt alteruter: v. g. moritur Titius, relictâ ſuâ Semproniâ cum aliqvot liberis: Q. qvomodo ſecuritati liberorum proſpiciatur? Reſp. confectione inventarii, unde conſter, qvæ ſint partes liberorum ab inteſtato ſuccedentium.

§ 20. So aber Vater und Mutter beyde verſtorben ſeyn/ und unmündige Kinder / darzu Erbe und Güter / davon ſie geziehen mag/ hinter ihnen verlaſſen / ſoll der Raht ſie mit Vormünden verſorgen / die ſie von dem Nutzen / ſo von den Gütern gefället / erziehen / und ihnen (ſo was nach ſtatte des Guts überläufft) eine Einlage thun. Alſo daß die armen Wäyſen bey den Gütern bleiben/ ihnen

ihnen die gemehret werden/ und ſie dieſelben Vormünden/ den Schöppen und ihren Freunden dancken mögen/ wenn ſie zu mündigen Jahren kommen.

Th. XI. Qvamdiu mater vel pater ſuperſtes eſt, & extra ſtatum conjugalem vivit, ex Statuto videtur liberorum eſſe tutor, conf ſuprà part. 1. th XVI. dicta. Qvando verò uterqve parentum mortuus, tunc liberis dandus tutor, cùm Reipubl. interſit rem pupillorum ſalvam eſſe, & naturaliter æqvum, eum, qvi per ætatem ſe defendere neqvit, ab alio defendi. *§. 1. I. de tutel.* Tutela verò & tutores J. C. erant triplicis generis, Teſtamentarii, legitimi & dativi. *Conf. §. 3. de tut. Tit. de legit. agnat. Tut. & tit. de attil. tut.* ubi plura eqvidem in medium proferre poſſem, verùm amore brevitatis dixiſſe ſufficiat, ſecundum *Conſt. Imper.* mores, & uſum fori Teſtamentarios & legitimos ab uſu receſſiſſe, vel adminiſtrationem, licet in Teſtamento nominati, vel pupillorum proximi agnati ſint, non poſſe ſuſcipere, niſi à Magiſtratu confirmati fuerint. *Ord. Pol. de Anno 1577. t. 32. Gail. l. 2 Obſ 107.* qvò & inclinat Statutum, dum Magiſtratui dandi licentiam confert, qvæ Jure Romano neqve jurisdictionis, neqve imperii erat, ſed ex ſpeciali conceſſione competebat, *l. 6. §. 2. Pand. de tutel.* hodiè verò ad Magiſtratum jure Magiſtratûs pertinet. *Conf. Dn. Struv. Exerc. XXX. th.29. & verb. hujus* §. So ſoll der Raht ſie mit Vormünden verſorgen.

Th. XII. Qvando verò tutor iis dandus, videtur colligi poſſe ex verb. darzu Erbe und Güter/ ſcil. qvando parentes liberis patrimonium, qvod adminiſtratione opus habet, relinqvunt. Jure Civili tutor principaliter dabatur perſonæ & ſecundario patrimonio & cauſæ, unde colligere licet, eo jure & pauperibus tutores datos eſſe, qvam in rem vid. *§. 4. qvi teſt. tut & ad eundem Vinnius in Com.* Hodiè qvi nullum planè habent patrimonium, vix tutores accipiunt, niſi fortè obveniat talis caſus, qvo in ſpecie tutore qvodam opus habent, v. g. ſi iisdem relinqvatur hæreditas, qvo caſu & olim ex cauſa videtur datus eſſe. *l. 9. de tut. dat. l. 10. pr. de Teſtam. tut. Vinn. d. l.* Qvantum ſit patrimonium, non intereſt, utrum magnum an parvum, nec verba, davon man ſie geziehen mag/ præciſè inferunt, debere illud educationi ſufficere, ſed qvòd bona in educationem ſint adhibenda, qvæ ſi non ſufficiunt in totum, ſufficiunt tamen pro parte.

Th. XIII. Verba, die ſie von dem Nutzen/ partem officii tutoris oſtendunt, qvæ in eo conſiſtit, ut tutor faciat decernere pupillis alimenta, authoritate ſcilicet Prætoris, *l.3.pr. Pand. ubi pup. educ. deb.* & qvem Prætor fecit modum, diligenter eſt ſervandus. *l. 2. §. 1. eod.* Si fuerit tutor transgreſſus, vel determinationem non petiit, qvantum plus impendit, pupillo imputare non debet. *d. l. 2. §. 2.* Decernuntur verò ſecundum patrimonium & dignitatem pupilli, *d. l. 3. §. 1. & 2. eod.* niſi ipſe pater decrevit, ubi tamen tutor attendat, ne ſint immodica. *d. l. 2. §. ult.* Illud huic Statuto eſt convenientiſſimum, qvod habet *d. l. 3. §. 1.* ſc. ex reditibus alimenta eſſe decernenda, & cavendum, ne univerſum reditum impendamus, ſed ſemper ſit qvoddam reſiduum, verb. ſo was überläufft. hâc differentiâ adhibitâ, qvòd reſiduum maneat penes tutorem Jure Civili, usqve dum rationem reddat, qvòd ſit finita tutela. *l. 9. §. 4. de tut. & rat. diſtrah.* Jure Saxon. ſingulis annis, *Weſembecius ad d. t. n. 2.* qvod ſeqvuntur mores qvorundam locorum. *Conf. Dn. Struv. Exerc. 31. th. 64. in fin.* Hìc verò ſecundum h. §. ſuperfluum conferre debeat in arcam publicam, ut ibi cuſtodiatur, indeq; tacitè injungitur tutoribus, ut de reditibus perceptis ſingulis annis reddant rationes.

§. 21. Deßgleichen ſollen den Wittwen auch Vormünde gegeben werden / welche und auch die Töchter ſollen hinter Bewuſt und Bewilligung derſelben Vormünder / ſich mit niemand verloben/ und ſo jemand ohne Bewuſt und Verwilligung der Vormünder ſie überreden oder beliſtigen würde / daß ſie ſich mit ihm verlobten / dem ſoll die Stadt Jahr und Tag verboten ſeyn / und ſoll darein unerlaubt des Rahts nicht kommen.

Th. XIV. Agit hic §. de curatoribus viduæ dandis; Jure Civ. accipiunt curatores minores volentes. §. 2. *de Cur.* præterqvam in litem, prodigi inviti, ſicut & furioſi, in qvos nec ſpontaneitas nec invitum cadit; Item qvibus deficit aliqvis ſenſuum, mutis & ſurdis. §. 4. *d. t.* Teſtatur qvoqve *Weſenb. ad tit. de Cur. n. 5.* olim indiſcriminatim curatores datos eſſe de Jure Civili, poſteà verò obſoleviſſe, & tantùm Jure Saxonico reſuſcitatum eſſe. De qvo dicit *Dn. Struv. Ex. 31. th. 9.* mulieribus dari curatores, etiam majorennibus, ein Kriegſcher Vormund/ qvi iisdem ſit à conſiliis qvò-

qve

qve omnia judicialia gerenda, qvoad extrajudicialia verò ſecundum Jus Saxon. uxores opus habere curatore, non viduas & virgines. In Electoratu non valet, qvòd fœmina curatorem habens ſine autoritate ejus extra judicium geſſit. *Conſt. 15. p. 2. §. fin. pr.* Diſpoſitio hæc ſtatutaria videtur convenire cum eâ, qvæ eſt Juris Civilis antiqvi, ſecundum opinionem Weſenb. qvòd viduis indifferenter dandus ſit curator â Magiſtratu, verb. dergleichen ſollen den Wittwen auch Vormünde gegeben werden. Ubi particula dergleichen ſignificat eodem modo, ſicut impuberibus & minoribus viduis dandos curatores, ita tamen ſecundum obſervantiam, ut detur viduis perſonæ electio, cujus fidei ſeſe committere malint.

Th. XV. Poteſtas tutoris conſiſtit in directione perſonæ; Poteſtas curatoris in adminiſtratione bonorum; Hodiè in ſubminiſtratione conſiliorum & interpoſitione conſenſus, ut rata ſint facta. In nuptiis verò conſenſum tutorum & curatorum aliqvid potuiſſe non legimus. Nam tutorem qvi habet, nuptias non contrahit, utpote qvi impubes eſt, cùm pubertate finiatur tutela. *pr. I. qvib. mod. tut. fin.* Nuptias verò contrahunt puberes, *pr. I. de nupt.* ex qvo ſimul patet, ſoli patri fuiſſe Jure Romano datum, ut ſine ejus juſſu nuptiæ contrahi non poſſent, ergò nec curatoris conſenſus erat adhibendus, excepto caſu, qvem proponit *d. pr. in fin. de qvo vide ſis l. 28. C. de Epiſcop. audient.* Data igitur eſt hoc Statuto ſpecialis poteſtas curatoribus, qvòd ſine horum conſenſu ſint nuptiæ invalidæ. Qvod ampliatur ratione filiarum, verb. und auch die Töchter/ qvod & poteſt intelligi de filiabus viduarum, & exitenditate rationis de aliis virginibus Curatores habentibus, licet §. propriè de prioribus ſit locutus, verb. derſelben Vormünde. *Conf. pr. infra tit.* von Ehlichen Gelübden. à contrario ergò ſi petamus argumentum, de filiis dicendum, illos, ut curatoris conſenſum matris viduæ adhibeant, neceſſe non habere; & poterit ratio diverſitatis peti ab infirmitate judicii fœmellarum, qvæ in maſculis non eſſe præſumitur.

Th. XVI. Præterea, ut Statutum ſalvum ſit, pœnam ſancivit annui exilii in omnes; qvi citra adhibitum conſenſum curatorum iſtiusmodi fœminas ad ſponſalia ineunda induxerint. Circa qvam obiter moneo, eam admodùm gravem videri, cùm ſufficeret

talia

talia ſponſalia pronunciare nulla, ſicuti paſſim locorum obtinet. Verùm hîc notandum, determinationem pœnarum dependere regulariter ex arbitrio Magiſtratus, ita ut propter rem minimam utilitate publicâ id ſvadente poſſit infligi graviſſima. *Conf. hîc Comment. ad tit. Pand. de pœnis, & alibi paſſim communem hanc tenentes.* Annum hîc intelligimus Saxonicum, propter communem Saxonibus modum loqvendi, Jahr und Tag. *Conf. Zob. Diff. Jur. Civ. & Sax. part. 2. diff. 2. n. 3. in fin. & diff. 3. n. 10.* Retinuit tamen inclytus noſter Senatus jus aggratiandi hac in parte in verb. unverlaubt des Rahts/ qvæ docent, poſſe Senatum hunc etiam intra annum recipere.

§. 22. Wo aber nach Tode der Eltern nicht ſo viel an Gütern gefunden würde/ daß man die Kinder davon erziehen könte/ ſo mögen die nechſten Freunde der Kinder ſolche Güter mit Bewuſt des Rahts verkauffen/ und den Kindern das/ ſo davor gefället/ jeglichen/ ſo viel auff ſein Anzahl zuſtehet/ verſchreiben/ und von Tag zu Tag einlegen laſſen/ wenn ſie zu ihren verſtändigen mündigen Jahren kommen/ ſolches zu fordern haben mögen/ zwiſchen und mitler Zeit aber ſollen die Kinder von den Freunden/ ſo beſt geſchehen mag/ mit Handwercken/ oder in die Schule/ wo es Knaben ſeyn/ und die Jungfrauen zu vernünfftigen Leuten/ bey den ſie Zucht lernen mögen/ verſchafft und verſorget werden mögen.

Th. XVII. Supponit hic §. caſum, *qvô bona tanta non ſunt, ut ex reditibus eorum alimenta præſtentur liberis:* Qvô caſu ad alienationem rerum, & eâ factâ ad diviſionem inter liberos perveniendum, qvibus ſingulis portiones aſſignatæ cuſtodiæ publicæ tradantur. Alienatio hæc facienda à proximis conſangvineis, die nechſte Freunde/ & autoritate Senatus. Illud infert, ad tutelam vocandos eſſe proximos conſangvineos, ita ut veſtigium tutelæ legitimæ ſupereſſe videatur, de qva vid. *tit. I. de legit. agnat. tut. & Pand. de legit. tut.* ubi nota differentiam agnatorum & cognatorum jam ipſo Jure Novell. ſublatam eſſe. *Dn. Struv. Ex. 31. th. 25.* Hoc, ſine autoritate Senatus alienationem eſſe irritam. Qvô reſpiciunt compilatores ad id, qvod jure noſtro alienatio rerum, minorum & impuberum, immobilium & mobilium, qvæ ſervando ſervari poterant, non potuerit à tutoribus & curatoribus fieri.

niſi

niſi (1) probaretur juſta & urgens alienationis cauſa. (2) Judex ſuper eam cognitionem habuiſſet, & (3) de alienando interpoſuiſſet decretum. *tot. tit. Pand. de reb. eor. qvi ſub tut. vel cur.* facta verò erat nulla. *l. 2. C. de Præd. & alien. reb. min.* Qvod & praxis Saxonica ſervat, ut nulla dicatur, ubi unum ſaltem reqviſitorum defecerit. Concordat & noſtrum Statutum; dum enim reqvirit reditus ex bonis alimentis liberorum non ſufficere, juſtam præſupponit alienationis cauſam: dum Senatus autoritatem, ejusdem cognitionem, num bona non ſufficiant? & decretum. *Conf. Dd. ad d. t.*

Th. XVIII. Sed qværitur hîc, ſi pecunia ex bonis redacta, cuſtodiæ publ. demandanda, wenn die Vormünde es ſollen einlegen laſſen / unde impuberibus ſubminiſtranda alimenta? Reſp. Procul dubio cuiqve ex ſua parte, qvam per diviſionem accepit. Suppeditat tamen præterea Statutum Tutoribus ſalubre conſilium, ſi pueri collocentur opificibus ad artes eorum addiſcendas, Scholæ demandentur, puellæ verò aliis honeſtis dentur fœminis, qvibus miniſtrent, & ſic alimenta percipiant, patrimoniumq́; eorum conſervetur.

§. 23. Item die Kinder nehmen Erbe von ihren Eltern / dergleichen nehmen die Eltern das Erbe der Kinder / die vorder nicht Kinder hinter ihn verlaſſen.

Th. XIX. Redeunt nunc Statuta ex diverticulo tutelarum in viam materiæ ſucceſſionis ab inteſtato, traduntq́; regulam deſcendentium & aſcendentium ſucceſſionem concernentem, qvæ talis eſt: *Liberi parentibus, & parentes liberis ſuccedunt*, qvæ limitatur, *ſi liberi liberorum ſuperſunt*, verb. die vorder keine Kinder. De æqvitate utriusqve ſucceſſionis eleganter diſſerit *Dn. Struv. ad tit. de inoff. teſt. Ex. 10. th. 7. & 8.* qvò me brevitatis ſtudiô remitto. De ſucceſſione aſcendentium actum initio partis hujus ſecundæ; reſtat igitur ordo deſcendentium, qvem videbimus in ſeqq. §. Illud ſaltem hîc non omittendum, hujus haberi potiſſimam rationem, ita ut toties ceſſet aſcendentium & collateralium ſucceſſio, qvoties deſcendentes ſuperſunt, qvod & ſibi vult dicta limitatio, parentes eſſe admittendos ad ſucceſſionem liberorum, qvi liberos poſt ſe non relinqvunt, die vorder keine Kinder hinter ſich verlaſſen.

§. 24 Söhne und Töchter ſeyn gleich nahe an Erbe zu nehmen / ſo ſollen auch Kindskinder in der Groß-Eltern Güter / wo ihren

ren Eltern darauß mit Abſtattunge nach Genüge geſchehen / an ſtatt ihrer Eltern/ Erbtheilunge neben ihren Vettern erlangen und haben/ alſo/ daß ihnen allen / ſo viel ihren Eltern / wo die noch am Leben / zuſtehen und gebühren möchte / auch und nicht mehr gegeben werde.

Th. XX. Non videtur hîc operæ pretium, occaſione ſucceſſionis deſcendentium excurrere in Juris Civilis antiqvi diſpoſitiones, qvatenus hi jure XII. Tabb. Conſtitutionibus Principum & Jure Prætorio fuerint admiſſi, qvod exponunt tituli priores *lib. 3. Inſtitutionum*, qvi propterea, qvòd novum Jus ſurrogatum ſit à Dd. in prælectionibus & Commentariis ſolent omitti, *vid. Pomereſch. in annot. ad Inſt.* qvi loco 13. titulorum N. 118. ubi ſucceſſio ab inteſtato Juris noviſſimi proponitur, in medium adducit & exponit. Ideòqve ſi qvid ex Jure Civili deſumptum eſſe voluero, ex dicto Jur. noviſs. depromam. Sunt autem ſecundum illud deſcendentes ſuccedentes vel primi, vel ulterioris gradus; Primi iterum vel ſoli, vel cum ulterioris gradus concurrentes. Hoc enim jure ſublata differentia inter maſculos & fœmellas; primi & ulterioris gradus; an ex maſculo, an fœmellâ ulteriores deſcendant; an ſint in poteſtate, an extra eam conſtituti. *Pomereſch. d. l. ad Cap. 1. d. N. 118.*

Th. XXI. Cùm deſcendentes omnes ſunt primi gradus & ſoli, tenet regula: qvòd parentibus æqvaliter ſuccedant in capita, in die Häupter / nach Haupt-Zahl / ita ut tot fiant partes, qvot ſunt perſonæ, ſo viel Mund / ſo viel Pfund. A qvâ regulâ nec Jure Saxon. & ſecundum praxin ejus qvicqvam diverſum reperitur diſpoſitum. Qvibus Jus noſtrum Statutarium conſentit, verb. Söhne und Tochter ſind gleich nahe am Erbe zu nehmen/ ubi notandum, qvod etſi fortè alibi voce filii & filiæ contineatur nepos & neptis, illud tamen in materia ſucceſſionis veniat reſtringendum, qvia ubiqve ferè ſibi invicem ſolent opponi. *Vid. d. N. 118. c. 1. & textum noſtrum.* Procedit hæc regula ſimpliciter, ſi liberi utrumqve parentem habeant communem, ſi verò ſaltem alterutrum, eidem conjunctim, alteri ſeparatim ſuccedunt. *Dn. Struv. Ex. 38. th. 17.*

Th. XXII. Qvando verò deſcendentes primi cum deſcendentibus ulterioris gradus concurrunt, v. g. qvi moritur, poſt ſe relinqvit filios & filias, & ex defunctis filiis vel filiabus nepotes, ſucceſſio fit in ſtirpes, der Stämme Theil nehmen / in die Stämme gehen/

hen/ *d. N. 118. c. 1.* repræſentant enim nepotes defunctos ſuos parentes, qvod jus repræſentationis ſecundum communem Dd. opinionem, in deſcendentibus procedit in infinitum. Suffragatur huic deciſioni noſtra Statutaria, verb. Sollen auch Kindeskinder in der Groß-Eltern Güter/ an ſtatt ihrer Eltern/ neben ihren Vettern etc. alſo daß ihnen allen/ ſo viel ihrer Eltern/ wo die noch am Leben/ etc. Qvod tamen limitatur in textu, niſi parentes acceperint portionem ſuam, dum viverent, verb. wo ihren Eltern daraus nicht Abſtattung geſchehen/ ſic enim per collationem ſingulas nepotes tum accipere. Qvid ſi verò parentes nepotum defuncti partem portionis debitæ tantùm acceperint? Tunc ſine dubio nepotes eam conferunt, & reſiduum accipiunt. *Conf. hic t. de Collat. bonor.* Deniqve qvando omnes deſcendentes ulterioris gradus ſunt, eadem obtinet ſucceſſio in ſtirpes, qvia omnes repræſentant ſuos aſcendentes, mediantibus qvibus aſcendentibus conjunguntur, idq́; ex eadem cum præcedenti caſu diſpoſitione. Hæc de legitimè natis liberis; de cæteris ſilet Statutum, & ſic procul dubio Jus commune tenet, qvod habet *Dn. Struv. d. Exerc. 38. th. 20. & ſeqq.*

## *ARTICULI I.*

### PARS TERTIA

# De Succeſſione Collateralium.

§. 25. Wo aber die Kinder und Kindeskinder/ Schweſter oder Brüder/ der eins gezweyet oder ungezweyet nicht vorhanden/ ſo nehmen alle die/ die ſich an der Sippe gleich geziehen mögen/ das Erbe und Gut gleich/ und theilen das unter ſich.

TH. I.

Reſtat tertius ordo Collateralium, de qvo commune Jus tenet regulam, qvod admittantur aſcendentibus & deſcendentibus deficientibus. *N. 118. c. 3.* Inter hos primum locum tenent fratres & ſorores, *d. c. 3.* qvos utrinqve conjunctos Jus Civ. ſimul cum parentibus admittit, *vid. ſuprà in ſucceſſ. aſcend.* dicta, qvi ideò omnibus reliqvis collateralibus præferuntur. Nec habetur ratio, utrum ex utroqve, an ex uno latere jungantur, omnes enim admittun-

tur ad ſucceſſionem fratris vel ſororis defunctæ, ſed diverſimodè, u-
ti ad ſeqq §§. dicendi dabitur occaſio. Adhuc ſaltem (1) notanda
regula, fratres & ſorores omnes excludere collaterales cæteros.
(2) Fratres admitti, deſcendentibus deficientibus. (3) Deficientibus
deſcendentibus, poſt fratres, Germanos, conſangvineos & uterinos,
cæteros collaterales, juxta gradus prærogativam eſſe admittendos.
Jure Civili antiqvo magna qvidem erat differentia agnatorum, qvos
LXII Tabul. & cognatorum, qvos Prætor vocabat *unde cognati*; ve-
rùm iſta differentia exſpiravit, ſecundum *d. N. 118. c. 4.* Gradus ta-
men inter hos prærogativa attendenda, ut proximiores excludant re-
motiores, & plures ejusdem gradus admittantur in capita, alius enim
ſucceſſionis modus inter hos locum non habet. *Baumreſch. ad d. N.
118. c. 4. in fin.* Qvò & Statutum inclinat verb. die ſich an der Sippe gleich
ziehen / qvæ docent proximitatis gradus habendam rationem, &
verb. ſie nehmen alle die / das Erbe und Gut gleich / qvæ oſtendunt,
plures ejusdem gradus omnes eſſe admittendos.

§. 26. Ungezweyte Brüder und Schweſtern nehmen Erbe vor
den / die gezweyet ſeyn / von Mutter und Vater / denn die gezweyten
mögen das nicht thun.

Th. II. Hic §. in ſpecie ſucceſſionem fratrum examinat &
ſororum, & de eâ hanc ponit regulam: *Frater & ſoror utrinqve con-
juncti, fratrem & ſororem ex uno latere excludunt.* Dicuntur hîc ge-
zweyet und ungezweyet / aliàs vollbürtig und halbbürtig. Qvâ in re
convenit cum Jure Saxon. & Civili, ſecundum *d. N. 118. c. 3. pr. verb.
ex eodem patre & matre junct. verſ. his autem.* Fratres enim ex uno
latere conjuncti Jur. Saxon. gradu ſunt remotiores. *Dn. Struv. Ex. 38.
th. 35. circa fin. allegans* Land R. *lib. 2. art. 20. in fin.*

§. 27. Des Verſtorbenen ungezweyte Brüder Kinder aber
und die halben Brüder und Schweſtern ſind gleich nahe am Erbe zu
nehmen.

Th. III. Supponitur hoc § de ſucceſſione liberorum fratris
utrinqve conjuncti cum fratribus & ſororibus ex uno latere concur-
rentium talis regula: *Fratrum ex utroqve latere conjunctorum liberi
cum fratribus & ſororibus ex uno latere conjunctis admittuntur in capi-
ta.* Qvâ in parte ſeqvitur diſpoſitionem Juris Saxonici, omiſsâ di-
ſpoſitione Juris Civilis. Jus enim Civile *d. N. 118. c. 3.* his fratrum

& ſoro-

& ſororum utrinqve conjunctorum liberis ſingulare conceſſit beneficium, qvòd poſſint defunctum ſuum parentem etiam in hac ſucceſſione collaterali repræſentare. Unde etiam evenit, qvòd non ſaltem cum patruis ſuis in defuncti patris bona admittantur in ſtirpes, verùm etiam ſecundùm *d. N.* ex uno latere conjunctos fratres & ſorores excludant. Jus verò Sax. repræſentationis beneficium denegat, & ideò, cùm fratres & ſorores ex uno latere cum fratrum filiis ex utroqve ſint ejusdem, admittit, & lex prætereà vult, ut fratres ex utroqve latere, fratrum eodem modo conjunctorum liberorum excludant. *Dn. Struv. d. Ex. 38. th. 33. in fin. Con. 18. p. 3.* §. Wann aber ein halber Bruder.

§. 28. Des Verſtorbenen halber Bruder oder halbe Schweſter iſt näher Erbe zu nehmen denn des Vatern oder Mutter Bruder oder Schweſter.

Th. IV. Caſus §. talis eſto: *Titius habens fratrem & ſororem conſangvineos vel uterinos & patris ſui anteà defuncti fratrem, Mevium, vel ſororem Tulliam, moritur;* Qv. qvis capiat hæreditatem Titii? Reſp. Secundùm Statutum frater & ſoror ex uno latere. Ratio Statuti decidendi eſt petenda ex iis, qvæ habet *Dn. Struv. th. 34. pr. d. Ex. 38.* qvod fratrum utrinqve conjunctorum liberi excludant defuncti patruum, amitam, avunculum & materteram etiam utrinqve conjunctos, qvod probat *Sereniſs. Elect. d. C. 18.* §. Stürbe denn ein Mann/ etc. Licet enim gradu ſint æqvales, nempe tertio, fratrum tamen liberi ſe habent ut deſcendentes, & patruus defuncti cum anteà dictis ſeſe habent ut aſcendentes; Deſcendentium autem potior habenda ratio. Nunc verò conſtat, fratrum ex utroqve latere liberos eſſe cum fratribus ex uno latere gradu pares, cui accedit, qvod hi deſcendentium loco habeantur, ergò præferendi erunt, ſicut & illi, patruo, amitæ, avunculo & materteræ defuncti, licet utrôqve vinculô jungantur. De Jure Civili dubium non eſt, per *d. C. 3. N. 118.* ſecundum qvod fratres ex uno latere ſeqvuntur fratres utrinqve conjunctos. *Conf. d. Conſt. 18. par. 3. pr. in fin.*

§. 29. Des Verſtorbenen Groß-Vaters und Groß-Mutter und ſeines Vatern oder Mutter Bruder oder Schweſter ſind gleich nahe Erben zu nehmen nach Perſonen Zahl.

Th. V. Caſum hujus §. formabimus ita: *Titius poſt ſe relin-*

*qvit, patre jam mortuo, avum Sempronium & patris ſui fratrem Tullium, Sempronij filium*: Q. qvis capiat hæreditatem Titii, num avus Sempronius, an verò filius ejus Tullius, Titii patruus? *Reſp.* Dividatur inter eosdem in capita, verb. nach Perſonen Zahl: ita ut ſi concurreret Sempronii uxor, Titii avia, illa qvoqve partem faceret, juxta hanc diſpoſitionem Statutariam. Qvam tamen puto tam à Jure Saxon. qvàm Civili recedere, & aliqvid planè ſingulare continere. Secundum Jus enim Saxonicum aſcendentes collaterales excludunt omnes, ut ſuprà deduximus: Idem dicendum de Jure Civili, exceptis iis, qvos excipit *cap. 2. d. N. 118.* Qvæ res rationem habet: Eſt etenim avus filio ſuo, defuncti patruo, proximior lineâ & gradu. Lineâ, qvia eſt in rectâ aſcendentium, hîc in collaterali gradu, qvia avus à nepote ſuo diſtat ſecundo; patruus verò à fratris ſui filio tertio gradu, nec poſſumus à Titio pervenire in computatione ad Tullium, niſi priùs pervenerimus ad Sempronium, unde proximitas gradus plus ſatis conſtat, nec poterit hæc Statuti diſpoſitio aliâ ratione qvàm per ſpecialitatem defendi.

§. 30. Schweſter und Bruder/ oder ihr eines gezweyet oder ungezweyet/ nehmen Erbe vor den Großvater oder Großmutter/ und vor andern allen/ ſie ſtehen auffwerts oder Seithalben.

Th. VI. Ad pleniorem intellectum dabimus hunc caſum: *Titius, relicto avo ſuo Mevio & fratre vel ſorore Tullio & Caja utroqve vel uno ſaltem latere conjunctos*: Q. qvis capiat hæreditatem? Reſp. Tullius & Caja, ubi nota, recedere hoc Statutum itidem à Jure Sax. ſecundum dicta th. præcedenti. A Jure Civili qvoqve diſcrepat, qvod fratres tam ex uno latere qvàm ex utroqve conjunctos avo, aviæ & omnibus aſcendentibus præferat, cùm Jus Civile ſecundum ſæpè laudatam Novellam *118. c. 2.* aſcendentes omnibus collateralibus, exceptis fratribus & ſororibus utrôqve vinculô conjunctis, qvos ſimul admittit, præponat.

§. 31. Nehmen zweene Brüder zwo Schweſtern/ und der dritte Bruder ein frembd Weib/ ihre Kinder ſeyn alle gleich am Erbe zu nehmen.

Th. VII. Diſceptatur hîc *de tribus fratribus, qvorum duo ſibi matrimonio ſociaverunt duas ſorores, tertius verò aliam qvandam, qvorum qvisqve ex ſe relinqvit filios*: Qvæſtio eſt, ſi qvis ex conſangvineis

gvineis

gvineis parentum moriatur, num iſti, qvorum matres ſorores ſunt, præferantur cæteris, extraneam matrem habentibus? Negatur in textu. Ratio dubitandi, qvia ex ſororibus nati arctiori vinculô conjunguntur. Ratio decidendi; qvia mediante cujusqve patre obvenit hæreditas, ratione cujus omnes ſunt æqvales. Si verò caſus ita formandus: *Titius, Cajus & Sempronius fratres ſunt: Ducit Titius Meviam, Cajus Tulliam, filias Autronij. Sempronius aliam qvandam Felicianam. Moritur Titius, relictis duobus liberis; moritur & Cajus, relicto filio; moritur tandem & Sempronius, relictâ ex ſe prole: poſthinc contingit mori filium Caji:* Q. num liberi Titii cum iis, qvos reliqvit Sempronius, ſint admittendi ſimul ad ſucceſſionem filii Caji? Reſp. utiqve, qvia per parentem omnes defuncto æqvaliter junguntur. Sed qvomodo? Reſp. Si ſententia ferenda juxta ea, qvæ ex *Richtero* adducit *Dn. Struv. d. Exerc. 38. th. 36. in fin.* liberi Titii duplici reſpectu capient partes, qvia duplici ratione tam patris qvàm matris defuncto filio Caji eâdem proximitate ſunt conjuncti. Si verò ſecundum Statutum, nihil proderit duplicitas vinculi, verb. ſind alle gleich am Erbe zu nehmen.

§. 32. Meines Vettern oder meiner Muhmen / meines Ohmen oder meiner Baſen / oder Brudern Kind oder Schweſter Kind / die ungezweyet ſeyn / von Vater und Mutter / die ſind alle gleich an Erbe zu nehmen / da aber Zweyunge an iſt / die ſeynd dem Erbe ferner zu nehmen.

§. 33. Meines Brudern oder meiner Schweſter Kindes-Kind und meines Vettern oder Ohmens / oder Baſen / oder Muhmen Kinde / die ſeyn alle gleich an Erbe zu nehmen / da keine Zweyunge an iſt von Vater und Mutter.

Th. VIII. Declarant hi §§. exemplis, reliqvos conſangvineos juxta gradûs prærogativam ſuccedere, & plures ejusdem gradus ſimul in capita eſſe admittendos. Illud ſaltem inſuper habendum non eſt, qvod ex uno latere conjuncti, qvocunqve gradu conſtituti ſint, ſemper unô gradu habeantur remotiores, qvàm ejusdem gradus ex utroqve latere, ita ut, ſi velimus in gradus proximitatem inqvirere, fingamus aliqvem duplici vinculô junctum, & deinde adjiciamus gradum unum, res erit ſalva. v. g. Secundum computationem communem frater eſt ſecundo gradu, qvaliscunqve ſit; Si disqviratur,

qviratur, qvo ſecundum Jus Saxon. ſit frater conſangvineus? dico tertio, qvia uno ex latere ſaltem conjunctus; qvam computationem Jur. Sax. ſuam feciſſe Jus noſtrum Statutarium, ex his §§. fin. luculenter conſtat.

Th. IX. Habes L. B. qvæ ingenii tenuitas in medium circa hanc ſucceſſionis cauſam proferre conceſſit, plura procul dubio à ſcopo aliena. Prodii enim ad Lares Academicos ingeniô admodùm fragili, qvod obſervantiam fori noſtri, unde optima petenda Statutorum explanatio, non admiſit, meliora dabit experientia, & errores emendabit judicii futura firmitas. Cæterùm venia mihi petenda eſt ab Inclytæ noſtræ Reipubl. Patribus, Patronis omni obſeqviorum genere devenerandis, qvòd non impetratâ veniâ partem Statutorum noſtrorum ſub incudem Juris revocare, typisq; exſcribi fecerim. Non enim me fugit, laudabili ſatis more, memoriæ civium potiùs, qvàm tabulis eboreis vel papyraceis, noſtras has leges fuiſſe mandatas, qvod obtinuiſſe jam olim apud Lacedæmonios, Imperatorium extat teſtimonium *in §. 10. de J. N. G. & C.* Nec enim ſcriptura, ſed ſancientis voluntas legem facit, & qvid intereſt, num ſcripto, an voce præconis in publicam ducatur lex notitiam. Spero autem me eandem facilè impetraturum, ſi reſpexerint, eum in vaſtisſimo Jurium pelago feliciter demùm navigare, qvi Jura loci, qvo pedem figit, inprimis curæ habuerit. Servet Supremum Numen Patriam dilectiſſimam diu incolumem; Qvod faxit.

## Benedictus in ſecula!

Ye 5084

ULB Halle 3
004 841 425

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-72173-p0043-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-72173-p0044-1

Z.

# CONSENS

# SUCCESSI

## AB INTESTATO

TÆ REIPUBLICÆ ZI

SIUM CUM JURE

ET SAXONIC

QVEM

Conſenſu Magnifici JCto

in Alma Leucore

*DISSERTATIONE JU*

PRÆSIDE

DN. GODOFREDO

**Schleenſtein/ J.**

Patrono & ſtudiorum ſuorum

æternùm deveneran

*In Auditorio JCtor*

d. *Maji Anno M. DC. LXX*

placido Eruditorum ex

ſiſtit

DANIEL PA

Zittaviâ-Luſatus.

Typis JOH: BORCKARDI, Acad. Typogr. exc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-72173-p0045-7